



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Avgvstini Barbosæ I. V. D. Lvsitani, Protonotarii, Et  
Ivdicis Apostolici designati pro Tribunali Nunciaturæ  
Hispaniæ, ac insignis Ecclesiæ Vimaranensis Thesaurarij  
Maioris, Collectanea Doctorvm, Qui ...**

**Barbosa, Agostinho**

**Venetiis, 1643**

4. Prædicationis munus frequenter obeundum; a Parochianis Ecclesia  
parochialis adeunda est ad audiendum verbum Dei, nullus contradicente  
Episcopo pr[a]edicare pr[a]esumat in Ecclesijs, etiam ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14108**

tingit à Communitatibus locorum , refert decimum Armendar. d.lib.6.de visitat. num.118.

Extante consuetudine ut Episcopo diccesim visitante à laicis ei virtualia ministrentur , vicario autem visitante ab Ecclesiis Rectoribus , seruandam esse si laici sponte perseverent in ita consuetudine , refert decimum Armendar. d.lib.6.de visitat. num.119.vbi num.121. patiter resolutum attestatur fernandam esse consuetudinem si adeset ut Communitates procurarent Episcopum visitantem quando ipse voluerint , quod si recusarent , ipsas cogendas non esse , referto Ego ipse d.allegat. 73.num.53.

37. *¶ Quid si quisquam , &c. ] In visitatione præter præcutionem ab Ecclesijs non solum Episcopum , sed quemquam suorum nihil muneris accipere posse sub pœna maledictionis , & interdicti ingressus Ecclesiæ , ac restituendi duplum infra mensem , & post mensem , non obstante remissione partium , ex hoc decreto colligunt Surd. de aliment. tit.1. quæst.6.4. num.6. & tit.4. quæst.*

22. Azor. dicit lib.5.cap.42. quæst.9. Marc. Anton. Genuens. in man. Pastorum cap.35. num.2. Ego ipse dicit alleg. 73. num.44. 38. Sub hac probatione non censer sublatum Cathedricum , quod singulis annis exigi solet ab Ordinatio, tam in visitatione , quam extra , attestatur resolutum Armendar. d.lib.6.de visitat. num.115. quem referto dicit alleg. 73. num.44. in fine. Stephan. VVeyms d.confir.17. numero 21.

39. Absolutionem Cathedratici , Synodatici , seu chartulari subisdij , non tenentur , neque compelli possunt Fratres S. Ioannis Pictorolymitani , sive eorum vicarii in Parochialibus Religioni prædicta vnitis , vt per Aldan. d.lib.16.num.11. attestans sic fuisse decimum in Augustana à Decembri 1630.

Populus vbi non potest viatum suo Curato subministrare , Ordinarius ea obseruare debet , que habentur in hoc decreto , refert decimum Garc. de benef. part.2. cap. 2. num.179.

40. *¶ Is præter dupli resumptionem , &c. ] Visitatorem ratio- nē officij sui aliquo male accipiente ipso iure suspen- sionem incurre , ab ea tamen absolu posse , dummodo intra mentem simplum , sive tantum , quantum via concussionis recepit , restitut , consoluit Nauarr. conf. 11. in antiquis conf.2. in nouis. de cesib. Sayl. sub ead. tit. decif. 11.*

¶ Necnon & alij penit. &c.] Vide Spin. in speculo testim. gloss.4. princip. num.94.

Tempus pra fixum ad visitanda limina Apostolorum incipit a die publicationis constitutionis Sixti V. tenet Aldan. d.tit.16.num.30. referens ita fuisse decimum in Bm- gen. 11. Augusti 1628.

Nec ad huiusmodi visitationem admittendam esse Presbyterum diocesanum non existentem de Capitulo Cathedralis , neque in dignitate ecclesiastica constitutum , tradit idem Aldan. d.sixt.16.num.31. vbi attestatur sic fuisse resolutum in Elboron. 4. Decembri 1627.

Nec permanentem in curia visitationem huiusmodi faciendam esse , vel concedi solere ut fiat , dicit idem Aldan. d.tit.16.num.32. vbiaferit ita decimum in Fogline. 11. Iulij 1626.

Coadiutum Episcopum , & non coadiutorem teneri visitare limina Apostolorum , tradit Sel. in selectis canon. cap.28.num.17. vbi ait sic fuisse resolutum sub die 4. Augu- sti 1619.

Regularem nullum , etiam Episcopi familiarem , & commensalem nullo modo acceptandum ad visitanda limina pro suo Episcopo , etiam si alium non inuenire diceret , & iste iam electus in Urbe , resolut Sel. d.cap. 28.n. 19. referens sic fuisse decimum in Viesen. 13. Novembri 1627. subditus S. Congreg. Concil. sub die 9. Maij 1626. gratia fuscisse Episcopo Canarien. ut limina Apostolorum visi- tare possit per Sacerdotem Regularem ab illis partibus transmissum , & bene informatum , stante quod propter itineris longitudinem milliarium 17.m. & ob pericula in qua incursum alias transmissi Sacerdotes seculares , qui quia Turcis captiui facti fuerunt , nullus inuenitur , qui mit- ti velit . vt ex fide publica constat.

¶ Patroni verò . &c. ] De hac decisione Stephan. VVeyms d. confit. 17. num.34 Stephan. Daluin de potest. Episcopi cap.15 fol.45 verso.

¶ Et fabricarum redditus , &c. ] Advertit Stephan. VVeyms d. confit. 17. in fine pag. 102. quod si distributio , seu applicatio reddituum harum fabricarum , que sunt iunipa- tratus , arbitrio & dispositioni Episcopi committuntur , id multo magis locum habebit in reliquis fabricis , quæ non sunt de urepati . vt earundem etiam prouen- tibus pro voluntate Episcopi ad Ecclesia utilitatem , vel necessitatem distribui & impendi debeant.

*Prædicationis munus frequenter obeundum ; à parochianis Ecclesia Parochialis adeunda est ad audiendum verbum Dei ; nullus contradicente Episcopo prædicare presumat in Ecclesiis etiam Regularium , &c.*

#### C A P V T IV.

- 1 Doctores de materia cap. agentes.
- 2 Prædicationis munus Episcoporum præcipuum est.
- 3 Episcopus potest prædicare in quacunque Ecclesia etiam Regulari sua diœcesis.
- 4 Episcopo prædicanti per seipsum in sua Ecclesia non licet etiam prætextu paupertatis pretendere sibi præstari solitam eleemosynam.
- 5 Episcopus ipsemet quando prædicat , silere debent alii predicatori.
- 6 Parochi si per se relint munus prædicationis obire , non debent impediri.
- 7 Predicare nullus potest etiam à Parochio invitatus sine licentia Episcopi.
- 8 Parochus debet licentiam concedere approbatis ab Ordinario prædicandi in sua parochia.
- 9 Parochus potest dare licentiam viro docto etiam Regulari ut bis , vel ter concionetur in sua Ecclesia sine Episcopi approbatione.
- 10 Prædicatoris electio pertinet ad Episcopum.
- 11 Prædicatori consuetas eleemosynas soluere tenetur
- 12 Episcopus proprio sumptu conducere debet prædi- catorem dum est dubium quorum sumptu sit con- duendus pro Quadragesima.
- 13 Correctores cinitatum facere possunt etiam reniten- te Vicario generali , vt saltem omnibus diebus Domini- nicis , & festis populū prædicetur.
- 14 Predicandi præceptum non obligat ad vigilias.
- 15 Parochie sua interesse teneret unusquisque pro audienda prædicatione si id commode fieri po- test.
- 16 Parochus admonere debet populu ut diebus Domini- nicis , & festis maioribus frequenter suas paro- chias.
- 17 Ordinarius non potest multis , & penitus cogere popu- lum ire ad audiendam sacram Concionem & Missam in Ecclesia parochiali.
- 18 Nullus secularis , sive Regularis etiam in Ecclesiis suorum Ordinum , contradicente Episcopo prædi- care presumat.

19 Regu-

- 19 Regulares non possunt adhortationes ad populum etiam in Ecclesiis suorum Ordinum habere non perita prius benedictione ab Abbatore.
- 20 Ordinarij possunt quo tempore concionandi licentiam dabunt Regularibus, exigere ab illis fidei professionem.
- 21 Regulares absque licentia Episcopi predicantes in Ecclesiis, quæ suorum Ordinum non sunt ab Episcopo puniri possunt.
- 22 Episcopus potest interdicere Regulari, ne prædicet etiam non redditus causa.
- 23 Prædicare licet Regularibus in Ecclesiis sui Ordinis Episcopi benedictione petita, licet non obtenta.
- 24 Pueros in singulis parochijs saltam Dominicis & festiuis diebus fidei rudimenta docere debent parochi,
- 25 Absoluendus non est ille, qui vel ob negligentiā, vel ob verecundiam Pater noster, Ave Maria, Creedo, addicere non curat.
- 26 Ordinarius non potest multis & paucis etiam in causa notabilis negligentie cogere pueros ad discendam doctrinam Christianam.

**P**radicationis munus, quod Episcoporum præcipuum est, cupiens sancta Synodus, quo frequenter possit ad fidelium salutem exerceri, canones alias super hoc editos, sed fel. rec. <sup>b</sup> Paulo III. aptius presentium temporum usui accommodando mandat, ut in Ecclesia sua ipsi personæ, aut, si legitimè impediti fuerint, per eos, quos ad prædicationis munus assūmunt: <sup>a</sup> in alijs autem Ecclesiis per Parochos, <sup>y</sup> siue, <sup>ijs</sup> impeditis, per alios ab Episcopo <sup>d</sup> impensis eorum, qui eas præstare vel tenentur, vel solent, deputandos in ciuitate, aut in quacumque parte diœcesis, censebunt expedire, <sup>e</sup> saltam omnibus Dominicis, & solemnibus diebus festis: <sup>f</sup> tempore autem Ieuniorum, Quadragesima, & aduentus Domini quotidie, vel saltem tribus in hebdomada diebus, si ita oportere dixerint, sacras Scripturas, dñnamque legem annuncient: & alias, quotiescumque id opportund fieri posse indicauerint. Moneatque Episcopus populum diligenter, teneri vnumquemque parochie suæ, interesse, ubi commodè id fieri potest ad audiendum verbum Dei. <sup>g</sup> Nullus autem saularis, siue regularis, etiam in Ecclesiis suorum Ordinum, contradicente Episcopo <sup>x</sup> prædicare presumat. <sup>h</sup> Idem etiam saltam Dominicis, & alijs festiuis diebus pueros in singulis parochijs fidei rudimenta, & obedientiam erga Deum, & parentes diligenter ab ijs, ad quos spectabit, doceri curabunt, & si opus sit, etiam per censuras ecclesiasticas compellent: non obstantibus privilegijs, & consuetudinibus. In reliquis, ea, quæ de prædicationis munere sub eodem Paulo III. decreta fuerunt, suum robur obtineant.

1. Ide Henr<sup>q</sup>. in summ. lib. 7 cap. 18. §. 8. Archiep. Bononiensis. p. 1. 69. 3. cum seqq. Zerol. in præci Episcop. p. 8. verb. *Prædicatio*. Quarant. in summa Bullarij, verb. *predicator*. Marc. Anton. Genues. in man. *Parorum*, cap. 32. Franc. Leo in *theatro fort. et let.* p. 1. cap. 8. a princip. Fr. Ludovic. Miranda in man. *Prælat. som. 1. qvist. 50. art. 5.* Aloys. Ricc. in præci *auræ*, resol. 197. Valer. Reginald. in præci *fort. patr.* lib. 20. num. 6. 1. verbi *tertium est.* & lib. 18. nu. 118. cum seqq. Amendat. in addit ad *recop. legum Navarræ*, lib. 4. tit. 30. l. 3. de *predicatoreb. S. Scriptura*, num. 3. cum seqq. Portel. in *dubib. Regul. verb. Prædicatores*, Hieron. Roderic. in *compendio quas regul. resol. 112*. Gauan. in *enchirid. Episcop. verb. concilio sacra*, nouissime Stephan. VV. *cym. ad conf. 24. ex iure antiquo defumptas*, & per *Concil. Trid. innovatas*, constit. 5. pag. 40. cum seqq. Trullench in *Decalog. lib. 3. c. 1. dub. 4. n. 9.* & 10. metitipm de officiis & potest. Episcopi, p. 3. alleg. 76. & de officiis & potest. Parochi, c. 14. & iupra seq. 5. de reform. c. 2.
2. a. *Prædicationis munus, quod Episcoporum præcipuum est.*] De hoc citantur Doctores supra seq. 5. de reformat. cap. 2. Ex commissione tamen Sedis Apost. vel etiam ex proprio instituto posse idipsum Religiosis conuenire, tenet Hieronym. Roderic. d. resol. 112. nu. 1. subdens proprium actum Fratrum Prædicatorum, & aliorum Religiosorum non esse prædicare, sed subuenire Episcopis in prædicationis ministerio, quibus non incumbit prædicare nisi ministerialis, & citat Fr. Emman. quist. regul. tom. 3. q. 31. art. 4. ad 2. argum. Stephan. Gratian. *discept. forens. c. 193.* a. num. 9. ac alios.
3. Vnde posse Episcopum prædicare in quacunque Ecclesia, etiam Regulari sue diœcesis, nec ab illo posse prohiberi, tenet Gauant. d. verb. *concilio sacra*, nu. 1. attestans sic fuisse decus per S. Congr. Episcop. & Regul. sub die 17. Januarij 1584.
4. Episcopo prædicanti per se ipsum in sua Ecclesia cum ex proprio munere ad id teneatur, minime licet, etiam prætextu paupertatis, prætendere sibi præstari elemosynam solitam dari Prædicatoribus electis ab Vniuersitate, ita refert decus Gauant. d. verb. *concilio sacra*, num. 2. Selon sel. 2. canon. cap. 23. num. 18. attestans sic fuisse resolutum in *Vestana* 20. Martij 1621.

Quando ipsem Episcopum prædicat, filere debent alii Concionatores, illisque poterit inhibere ut eo tem-

pore à prædicatione se abstineant, secundum Sel. d. cap. 23. num. 19. vbi refert ita fuisse decus in *Bizantium* 2. Martij 1629.

<sup>b</sup> In alijs autem Ecclesiis per Parochos, &c.] Parochi si per se velint munus prædicationis obire, non debere impediti, referto decus Ego ipse de officio & potest. Parochi, cap. 14. num. 5.

<sup>c</sup> Sine ijs impeditis per alios ab Episcopo.] Nullum igitur etiam à Parochio in uitatum prædicare posse sine licentia Episcopi declarauit Clemens VIII. teste Zype. in *analytica postremi iuris eccles.* enarrat. lib. 3. tit. de *Parochis*, num. 3. quem referto d. c. 15. num. 8. Et adeò ad Episcopum spectat hanc licentiam concedere, vt Abbates, qui non sunt nullius, non possine dare licentiam Regularibus concionandi in alijs quam suorum Ordinum Ecclesiis, cum hoc spectet ad Episcopum intra cuius diœcesis finis existunt. Ita à S. Congr. decus fuisse refert Rota apud Tambur. in fine tom. 2. de iure Abbatum decif. 45. 46. & 47. vbi etiam latè fuit tractatum, an & quando Abbates dicantur nullius, vel eis in diœcesi?

Debet enim Parochus licentiam concedere approbatis ab Ordinario prædicandi in sua Parochia, vt afferit decus Galet. in *margarita casum conscient.* verb. *Parochus* 3. quem referto de officio & potest. Episcopi part. 3. allegar. 76. num. 25.

Parochum, seu Curatum posse dare licentiam viro docto, & noto etiam Regulari, vt bis, vel ter concioneatur in sua Ecclesia sine Episcopi approbatione, refoluunt Nauarr. in man. cap. 25. num. 141. Vgolin. de officio Episcopi, cap. 42. §. 1. num. 3. Hieron. Roderic. d. resolue. 112. num. 4. Ego ipse d. cap. 14. num. 8. in fine Berti Luceni. in præci ermin. Regul. cap. 34. de *Vifstat. Eccles. Parochialis* num. 1. verb. *Regulares.*

<sup>d</sup> Impensis eorum, quæ eos præstare vel tenentur, vel solent.] Prædicatoris elecio pertinet ad Episcopum, & elecio ab illo tenetur Vniuersitas elemosynam dare, quam haec tenus præstare confuerit. In Cathedrali vero si Episcopus prætent communitatem quoque tenui præstare elemosynam, ad ipsum incumbet onus probandi immemorabilem, Sel. d. cap. 23. num. 21. vbi attestatur resolutum in *Sutrina* 10. Martij 1618 & 10. July 1627.

Prædicatori confuetas elemosynas soluere tenetur

11. Vnuer-

<sup>a</sup> Conc. Carthag. 4. c. 20.  
<sup>b</sup> Conc. Rhem. c. 14. c. Episcop. nul. lam rei. 88. dist.  
<sup>c</sup> Supt. sess. 5. de reformat.  
<sup>d</sup> 2. Concil. Arelatensi. 4.  
<sup>e</sup> 10. Concil. Lateran. sub Inno. 11.  
<sup>f</sup> c. 10. c. inter extera. de officiis ordin. Concil. Mag. gant. cap. 25.  
<sup>g</sup> 24. Carthag.  
<sup>h</sup> 24.

- Vniuersitas, nec illi licet eas ad certam paruam quantitatem reducere, Sel. ubi supra, attestans ita decisum in  
**¶ Viterbiæ ciuitatis Vestula de mensa Septembri 1620.**
- 12.** Dum est dubium quorum sumptu sit conducendus Concionator pro Quadragesima, debere Episcopum interim proprio sumptu conducere illum, referunt deci-  
 sum Zerol. in praxi Episcop. part. 1. verb. *predicatio*. §. 7. Aloy. Ricc. in collect. decisi. collect. 176. & in praxi fori eccl. decisi. 546. in 1. edit. alias resolut. 468. in 2. edit. Galet. in margarita etatuum conscient. verb. *eleemosyna* 1. Vgolin. dict. cap. 42. in principi.
- 13.** \* Saltet omnibus Dominicis, &c.] Correctores ciuitatum facere posse etiam renidente vicario generali, ut saltem omnibus diebus Dominicis, & solemnibus festis populo predicetur, tradunt Fr. Frman. quest. regul. tom. 2. quæst. 62. art. 19. Bobadil in sua politica lib. 2. cap. 18. num. 194. lib. 2. Hieron. Roderic. d. resol. 112. num. 19. Ego ipse d. alleg. 76. num. 32.
- 14.** \* Tempore autem ieiuniorum, &c.] Referri tantum ad tempus Quadragesimæ, & Adventus, non autem ad vigilias in quibus illud predicandi preceptum non est, dicit decisum Armendar. in addit. ad recopilat. *legum Nauar. 4. l. 3.* de predicatoribus S. Scriptor., num. 28. & 29. vbi quod. 31. assertit etiam decisum per hoc decretum relinqui arbitrio Episcoporum an tempore Quadragesimæ, & Adventus quotidie, vel tribus diebus in hebdomada, vel minus illis tribus diebus predictetur, refero Ego ipse d. alleg. 76. num. 30. nouissime Stephan. VVeyms ad con-  
 fessiones 24. ex antiquo tute desumptas. & per Concil. Trident. ieiunatas, confit. 5. num. 15. pag. 48. dicit decretum hoc non esse intelligendum de omni tempore ieiunij, nec etiam de adventu, cum hodie Adventus non dicatur proprius tempus ieiunij, sed dumtaxat de tempore ieiunij Quadragesimalis, eoque fine admittendum non esse puni-  
 etum inter particulam ieiuniorum, & particulam Quadragesimæ, sed vitramque conjugendam absque distinctione, itav tempus Quadragesimæ intelligatur, quod est proprius tempus ieiuniorum, non etiam quodlibet aliud tempus ieiunij.
- 15.** \* Teneri vñunque parochie sue, &c.] Pro audienda predicatione teneri vñnumquemque Parochie suæ inter-  
 esse, si id commode fieri potest, per hoc decretum tra-  
 dunt Zerol. d. verb. *predicatio*. §. 4. Soar. de Religione, tom. 1. lib. 2. cap. 16. num. 6. Azor. in sibi moral. p. 1. lib. 7. cap. 3. q. 7. & lib. 12. cap. 2. q. 1. vers. deinde. Ego ipse d. alleg. 76. num. 34. d. cap. 14. num. 11. Stephan. VVeyms d. loco num. 16. At diuer-  
 simodè omnes, hac de re agentes loquuntur, nam Fr. Emman. quest. Regul. tom. 1. quest. 43. artic. 7. id intelligit quando in monasterijs non predicatur. Azor. d. lib. 7. cap. 3. quest. 7. aliter de concionibus Concioibus, vel de Evangelio, quod in diuino Misericordia officio recitat, vel cantatur, in-  
 telligit. P. Stuar. ad 3. p. D. Thomas dispu. 88. set. 2. ita ait. Illa obligatio si in rigore sumatur, pro obligatione precepti, non est absoluta, sed supposita commoditate (vt Concilium loquitur) & doctrinae necessitate, sine qua precep-  
 tum affirmatiuum non solet obligare, quando lex ipsa tempus non determinat, &c. Verum Theophil. Parochor. p. 1. art. 4. cum seqq. multis probare intendit, audire verbum Dei in Parochia preceptum esse, & id desumit ex verbo teneri, hic posito, sed demum concludit quod ho-  
 die vius obseruat ut quisque extra Parochiam suam. Concionem audire valeat. Addit idem Stuar. de Relig. tom. 1. lib. 2. de diebus festis cap. 16. num. 10. Concilium non loqui de obligatione, quæ descendat ex precepto Ecclesiæ, sed ex lege charitatis, quæ quis tenetur habere curam animæ suæ, non solùm adiubando media simpliciter ne-  
 cessaria, sed etiam utilia, quale sèpe est concionem au-  
 dire, & ita illa obligatio non pertinet ad preceptum ali-  
 quod Ecclesiæ.
- 16.** Et Parochum admonere debere populum vt diebus Dominicis, & festis maioribus frequenter suas Paro-  
 chias, excommunicandum tamen non esse si monitione non paruerit, testatur decisum Armendar. dict. l. 3. de  
 predicatoribus, *Sacra Scriptura*, numero 35. quem refero dict.  
 capitulo 14. numero 12. Stephan. VVeyms dict. loco numero  
 16. & alij, quorum meminit Theophil. Paroch. part. 2.
- art. 17. Ego ipse d. tract. de Parochia, part. I. cap. 14. numer. 12. 17.
- Nec etiam Ordinarium posse multis, & penitus co-  
 gere populum ire ad audiēdam sacram Concionem, &  
 Missam in Ecclesia Parochiali, referunt decisum Zerol.  
 p. 2. verb. *Parochia* pag. mibi 82. Hieron. Roder. in compendio  
 quæst. Regul. resol. 112. num. 11. in fine. Stephan. VVeyms d.  
 conf. 5. in fine.
- \* Nullus autem secularis, siue Regularis, &c.] Vide Hen-  
 riq. in summa lib. 7. cap. 28. §. 8. Zerol. d. verb. *predicatio*. §. 3. Fr.  
 Emman. quæst. regul. tom. 3. q. 32. art. 5. Aloy. Ricc. in de-  
 cuso Archiep. Neapol. decisi. 219. nu. 5. p. 2. Fr. Ludou. Miran-  
 da in man. Pralat. tom. 1. quæst. 50. art. 3. concl. 1. vbi de intel-  
 lectu.
- Regulares non possunt adhortationes ad populum etiam in Ecclesijs suorum Ordinum habere, non peti-  
 ta prius benedictione ab Abbe, vel eo contradicente  
 quatenus sit nullus, & iurisdictionem quasi Episcopalem habeat. Verum si Regulares contrafecerint, non ab Abbe, sed a suis superioribus Regularibus sunt puni-  
 ita, ita Sel. d. 23. num. 27. attestans sic fuisse decisum  
 in nullius prouincia Raenaten. 15. Septembri 1629.
- \* Contradicente Episcopo.] Quamvis in hoc cap. solùm  
 nominetur Episcopus, non autem alij Prałati, tamen  
 possunt Ordinarii, quo tempore concionandi licentiam  
 dabunt Regularibus, exigere ab illis fidei professio-  
 nem, si ita ipsius expedire videbitur; ita Sel. loco proximè  
 citato, referens quoque decisum in d. nullius prouincia Ra-  
 enaten.
- \* Predicare presumat.] Regulares absque licentia Epi-  
 scopei predicantes in Ecclesijs, quæ suorum Ordinum non sunt, à suis superioribus Regularibus, non vero ab Episcopo puniendos esse, referunt decisum Portel. in dub. regul. verb. *Predicatores*, num. 1. Hieron. Roder. d. resol.  
 112. num. 3.
- Sed nouissime Gregorius X V. in sua Constit. incip. In-  
 scriutabilit. sub dat. Novis Februario 1622. contrarium statuit  
 his verbis, Ac demum habent Episcopos ranguam dicta Sedis  
 delegatus auctoritatem contendit ac puniendi quoconque exem-  
 ptos tam seculares, quam Regulares, qui in alienis Ecclesijs, quæ  
 suorum Ordinum non sunt, absque Episcopi licentia, & in Ec-  
 clesijs suis, aut suorum Ordinum, non petitis illius benedictione,  
 aut ipso contradicente, predicare presumperint.
- Posse Episcopum interdicere Regulari, ne prædictet 22.  
 virtute huius decreti, etiam non redditæ causa, resolu-  
 unt, decisumque refutant Franc. Leo in thesauro fori ec-  
 clesi. p. 1. c. 8. num. 9. Piafec in praxi Episc. p. 2. c. 3. num. 41. vers.  
 si item. Ego ipse d. alleg. 76. num. 28.
- S. D. N. Urbanus VIII. per suas litteras in forma Bre-  
 uis directas Eminentissimo D. meo Cardinali de San-  
 doual. Episcopo Giennensi, sub dat. 30. Ianuarii 1629. hac  
 de rite re scriptis. Ad hoc quod in eisdem praefertis litteris di-  
 citur, Regulares non posse verbum Dei prædicare sine Episcopi li-  
 centia, id locum sibi vendicare in iis tantum Ecclesijs, que suæ  
 Ordinis non sunt, cùm in alijs Ecclesijs sui Ordinis sufficiat Epi-  
 scopi benedictione petita, licet non obtenta, ita tamen ut si Episcop-  
 pus non modo benedictionem simpliciter non concesserit, verius  
 etiam Regularibus prohibuerit quominus predicent, runc illo  
 contradicente in sui quidem Ordinis Ecclesijs licet illis pre-  
 dicare quemadmodum S. Trident. Concil. decretis salutriter eſ-  
 cauimus. Quod si Regulares sint in confessionibus audiendis, sine  
 in prædicando aduersi ea, quæ superius declarauimus, quoquo-  
 modo deliquerint, in vim earum præfertarum litterarum ab  
 Episcopo Giennensi, coerceri, & puniri possint etiam censuris ec-  
 clesiasticis, &c.
- \* Idem etiam saltet Dominicis, &c.] Vide Archiepiscop. 24.  
 Bonon. p. 2. sub tit. de doctrina Christiana pag. 9. cum seqq. Ze-  
 rol. in praxi Episcop. p. 1. verb. doctrina Christiana. Petr. de Le-  
 desma in summ. p. 1. ad finem, in tract. de la doctrina Christiana. Lud. Beta respons. casuum conscient. p. 3. casu 27. vers. san-  
 dem. Posse uniu. de officiis. Curari c. 4. de doctrina Christiana. Fusc.  
 de resist. lib. 1. c. 4. num. 17. & lib. 1. c. 3. n. 12. Aloy. Ricc. in de-  
 cis. Curia Archiepiscop. Neapol. p. 1. decisi. 22. num. 2. in fine, in qua  
 decisione referit suisse suspensum ab officio suæ curæ  
 quandam Parochum per sex menses, eo quod rudimenta  
 Fidei suos Parochianos non docebat. metipsum de of-  
 ficio & poteſt. Episcop. p. 3. alleg. 76. num. 37. cum seqq. & de officiis  
 & po-

*Opere statu Parochi, cap. 15. Ad huius præclari instituti maiorem obseruationem emanauit constitutio Pij V. incip. Ex debito pastoralis officij, sub die 6. Octobris 1572, quam referri Piafec. in praxi Episcop. p. 2. cap. 3. num. 19. & Ego ipse d. cap. 15. num. 8.*

25. Absolucionem non esse illum, qui vel ob negligenciam, vel ob verecundiam Pater noster, Ave Maria, Credo, & decem precepta addicere non curat, refoluit. Ludou. Beia loco proximè citato, subdens quod postquam sic ignorans pro vīnibus elaborat, vt hæc memoria tradat, & nec verbum vīnum retinere potest, dummodo tamen credit singulos articulos quando fibi proponuntur à ministris Ecclesiæ, & sciat de illis, ac de praecipuis Decalogi respondere quando interrogatur, & deprecetur Deum, intendens saltem virtualiter ad ea, quæ in oratione Pater noster continentur, absoluī tunc poterit; si enim articulorum fidei, diminutorumque praceptorum, & orationis Dominicæ substantiam rudit intellegat, satis est, etiam si verba non percipit, vt ex Lop. Emmam. Sà, & Valent. tradit Andr. Victorel. in notis ad Possejum, de officio Curati cap. 4. vers. articulorum, & resolunt Azot. institut. moral. part. 1. lib. 8. cap. 7. ques. 5. Filliac. in quæst. moralib. tom. 2. tract. 22. cap. 2. num. 37. Sanch. in præcepta Decalogi tom. 1. lib. 2. cap. 3. num. 19. Bonacina de legib. di-

sp. 3. ques. 6. puncto 2. num. 14. Soat de fide, disput. 13. sect. 5. num. 8. Ego ipse d. cap. 15. num. 5. Trullench in expos. Decalogi lib. 1. cap. 1. dub. 4.

Ordinariū non posse multis, & pœnis, etiam in causis notabilis negligencie, aut contumacia, cogere pueros ad descendam doctrinam Christianam, etiam si hoc fieri noluerint in oppidis, villis, & aiiis locis extra civitatem refert decus Zerol. dict. verb. Doctrina Christiana §. 1. subdens Conc. in præfenti, ibi, etiam per censuras ecclesiasticas compellent. loqui de compulsione illorum, quorum interest eam docere, & non de compulsione puerorum, seu parentum ipsorum. Sed verum esse dicere his nostris temporibus (prout in Hispania vīsu receptum est) posse Præfulem censuris compellere subditos, vt doctrinam Christianam discant, & Parochos, ut eam doceant, aduentum Perez ad l. 1. vers. aliud etiam, it 1. lib. 1. ordin. pag. 19. Fr. Emmam. in sum. tom. 1. cap. 8. num. 3. Campan. in divers. suis Canon. rub. 11. cap. 14. num. 8. Aloys. Ricc. in decis. Curia Archiep. Neapol. p. 4. decis. 300. Ego ipse d. alleg. 76. num. 38. & me citato in illo loco Homobon. de Bonis de examen eccl. tract. 11. cap. 12. ques. 27. resolut. 2. quæstionis. Villalob. in sum. tom. 2. tract. 1. difficult. 4. num. 6. Filicinus in question. moral. tract. 22. cap. 2. num. 54. Trullench in exposit. Decalogi lib. 1. cap. 1. dub. 3. num. 22. in fine, & dub. 4. num. 3. & 9.

*Causæ criminales grauiores contra Episcopos à solo Papa cognoscantur, & terminentur; aliquando tamen causæ disquisitionem Metropolitanis committit, qui solam facti instructionem facient, & ad Sanctissimum mittent; minores criminales cognoscantur à solo Concilio Provinciali.*

### C A P V T V.

1. Doctores de materia cap. agentes.
2. Causæ graues, & grauiores que dicantur.
3. Causa heresis in Episcopo reseruant Papa.
4. Episcopi heretici non possunt ab Inquisitoribus fidei puniri.
5. Papa solum potest deponere Episcopos.
6. Suffraganeus Episcopus titularis, qui obtinet digni-

tatem in Cathedrali, subest cum alijs Canonicis visitatione sui Episcopi.

7. Causæ ciuiles, & criminales minores Episcoporum in Concil. tantum Provinciali cognosci & terminari possunt.
8. Conc. Provincialis non potest formare processum in causis criminalibus grauioribus contra Episcopū.

a. Vide Cœ. Sardic. c. 3. c. ad abolendā. & c. exēma- nicamus. §. dammati ve- ro. de hæres. & c. quo iu- re. 8. diff. b. Supra fess. 13. de refor. cap. 6. 7. & 8. ext. de accus. c. 1. Lateran. cap. 8. & De- creta. lib. 5. tit. 1. c. 24.

**C**AUSÆ CRIMINALES <sup>a</sup> & GRAUIORES CONTRA EPISCOPOS, & ETIAM HERESIS, QUOD ABSTIT, QUAE DEPOSITIO- NE, AUT PRIUATIONE DIGNA FUNT, <sup>b</sup> AB IPSO TANTUM SUMMO ROMANO PONTIFICE COGNOSCANTUR, & TERMINENTUR. QUOD SI EIUSMODI CAUSA, QUAE NECESSARIÒ EXTRA ROMANAM CURIAM SIT COMMITTEN- DA: NEMINI PROFIUS EA COMMITTATUR, NISI METROPOLITANIS, AUT EPISCOPIS À BEATISSIMO PAPA ELIGENDIS. HEC VERÒ COMMISSIO & SPECIALIS SIT, & MANU IPSIUS SANCTISSIMI PONTIFICIS SIGNATA, NEC VNQUAM PLUS HIS TRI- BUAT, QUAM VT SOLAM FACTI INSTRUCTIONEM SUMANT, PROCESSUMQUE CONFICIANT, QUEM STATIM AD ROMANUM PONTIFICEM TRANSMITTANT: <sup>c</sup> RESERUATA EIDEM SANCTISSIMO SENTENTIA DEFINITIUA. CATERA ALIAS SUB SEL. REC. JULIO III. SUPER HIS DECRETA, NECNON & CONSTITUTIO SUB INNOCENTIO III. IN CONCILIO GENERALI, QUAE INCIPIT, QUALITER & QUANDO: QUAM SANCTA SYNODUS IN PRÆSENTI INNOUAT, AB OMNIBUS OBSERUETUR. <sup>d</sup> MINORES VERÒ CRIMINALES CAUSAEPISCOPORUM IN CONCILIO TANTUM PROVINCIALI COGNOSCANTUR, & TERMINENTUR, VEL À DEPUTANDIS PER CONCILIJ PROVINCIALE.

**V**IDE ARCHIEPH. BONONIEN. PAR. 4. PAG. 268. CUM SEQQ. Nauar. conf. 1. in antiqu. alias conf. 2. in nouis. de foro comp. Sayr. in floribus decis. sub illo tit. decis. 1. Henr. in sum. lib. 31. cap. 55. §. 2. Salzed. ad Bernard. in præf. c. 124. litt. A. Sbotz. de officio vicary lib. 2. ques. 59. num. 1. & 2. Flamin. Paris. de resignat. benefic. lib. 1. ques. 10. num. 40. Stephan. Gratian. de sepe. foren. cap. 169. num. 15. Vgolin. de officio Episcopie p. 2. §. 2. n. 4. vers. undecim. Galganet. de iure publico lib. 3. tit. 10. a. n. 5. Aloys. Ricc. in decis. Curia Archiep. Neapol. p. 4. decis. 142. & in præc. rerum fori Eccles. p. 4. resolut. 490. cum seqq. Nouar. in singul. Canone. conclus. 9. nouissimè Stephan. Vv. ceyms ad constitutiones 24. ex tute antiquo desumptas, & per Concil. Trident. innouatas. confit. 20. pag. 231. cum seqq. vbi dicit innouari c. qualiter & quando, de accusat. per decretum Concilij præsenti, & vnu ac alterum multipliciter declarat. Anguan. de legib. lib. 2. controu. 26. num. 20. metipsum de officio, & potest. Episcobi part. 3. alleg. 112. Gonzal. ad reg. 8. Council. gloss. 41. num. 5. vbi dicit hoc decretum intelligentium eile de Episcopis residentibus, qui etiam ex causa

ATROCISSIMA HERESIS, AUT LESEA MAIESTATIS MINIME CITARI POSSUNT AD PERSONALITER COMPARENDUM PER QUOCUNQUE JUDICES ORDINARIOS, VEL DELEGATOS, ETIAM S. R. E. CARDINALES, NISI EXPRESSA AC SPECIALI COMMISSIONE MANU PAPÆ SIGNATA, QUOD ETIAM TRADIT ERASIN. A COCHIER DE IURISCISS. ORDIN. IN EXEMPTOS PART. 1. QUES. 41.

**a.** GRAUIORES. ] QUAZ AUTEM DICANTUR CAUSAEPRAE- GRAUIORES, VIDE LAET. JORDAN. IN TRACT. DE EPISCOPORUM CAUSA- MAIORIBUS, & VERUM CAPITALIUM AD PAPAM DEFERENDIS CAP. 1. & 2. Menoch. de arbitri. casu 166.

**b.** ETIAM HERESIS. ] CAUSAM HERESIS IN EPISCOPO RESER- UARI PAPÆ PER HUNC TEXTEN. TENENT PENIA IN DIREC. INQUISITOR. P. 3. COMMENTO 77. F. EMMAN. Q. REGUL. SOM. 2. Q. 81. ART. 1. VERS. AD- VERTENDA. TAMES. ET PROCEDERE, QUAMVIS EPISCOPUS SIT TITULARIS, OBSERUANT MOLIN. DE INFR. TRACT. 5. DISP. 28. NUM. 19. & ILLUSTRIF. D. MEUS RODERIC. A CUNHA DO CONFESSORIBUS SOLICI- TANTIBUS MULIERES IN CONFESSIO. Q. 12. N. 7. PRINE. IOAN. SANTI. IN SELECT. DISPUT. 28. NUM. 19. TRULLENCH. IN DECALOG. LIB. 1. C. 3. DUB. 18. NUM. 78.

Episcopos

